

plena sunt. Cumque ille contraxisset manus, et a iustitia cessaret operibus, frater eius egressus est gentium populus, et propter ipsum dicitur esse sepes, et destruxit Dominus, atque Saluator, ut ille posset incidere parietem, et fecit unum gregem, et duos creavit in semetipso, in uno novo homine faciens pacem. Sanctus Augustinus (lib. 17. de Civ. Dei cap. 40), praesens argumentum tangens: Anna, mater Samuelis, illi, cecinit Domino, arcum potentium fecit infirmum, et infirmi praecincti sunt virtute; pleni panibus minorati sunt, et esurientes transierunt terram, quia sterilitis peperit septem, et multa in filiis infirmata est. Pleni panibus Iudaei sunt, quibus credita sunt eloquia Dei; Gentes autem, quibus lex illa non erat data, postquam per novum testamentum ad eloquia illa venerunt, et nullum esuriendo, terram transierunt, quia in eis non terrena, sed caelestia sapuerunt. Tunc sterilitis peperit septem, ubi est universae Ecclesiae significata perfectio: sterilitis enim erat in omnibus Gentibus Dei civitas, antequam isto foetus per quem eam factam fecundum cernimus, oriretur; cernimus etiam quae nulla in filiis erat, nunc infirmata Hierusalem terrenam. Nunc enim, quoniam tibi littera est, et spiritus non est, amissa virtute infirmata est. Dominus mortificavit, et vivificavit illam, quae nulla erat in filiis, et vivificavit hanc sterilem, quae peperit septem. Idem etiam sanctus Pater Augustinus (ser. 100) alia hinc argumento satis consentanea in haec verba profert: Uva de terra promissionis, duorum obsequio desortur in sero recte pendens. Possunt isti duo Christianum, et Iudaicum populum figurare Synagoga, et Ecclesiae populi. Et quia prior fuit Iudaeorum populus, praecedit Iudaeus, sequitur Christianus. Salutem suam hic ante conspectum suum gerit, ille post dorsum. Hic obsequium praefert, ille contemptum. Unde de Iudaeis propheta testatur: Obscurentur oculi eorum, ne videant, et dorsum eorum semper incurva. Christianus praesenti munere fruatur, Iudaeus solo onere praegravatur, quia Christus, sicut credenti salus, ita onus non credenti. Iudaeus enim ille specialiter annunciatus, de quibus dictum est: In sua venit, et sui cum non receperunt, factus est eis lapis offensivus, et petra scandali, et quem Israel non cognovit, Gentium pedes recepit. Portat quidem Christum in lege Iudaeus; sed a gratia, quam in mysteriis portat, aversus est, quia, quem praedicatione suscepit electus, corde perdidit incredulus: et quem unus aspernatur in lege, alter admiratur in corpore. Unde amorum Dominus, et Redemptor noster ab hoc adorante gestatur, ab illo se aversantio suspenditur, ac sic impletum est in Iudaeis: Verterunt ad me terga, et non faciunt; et Christum Dominum, quem prior populus Iudaeorum, et post dorsum reliquit, et crucifixi, nos postea venientes, adorant, et portare merentur. Unde quantum possumus, cum ipsius aditorio laboremus, ne a cervicibus nostris tam sanctam sarcinam malis operibus deponamus. Ac tandem antiquior his operibus deponamus. Origenes (hom. 2. in cap. 2. Cantic.) inquit. In tertio regnorum libro scriptum est de regina Saba, quae venit a finibus terrae audire sapien-

tiam Salomonis. Haec autem concepit personam Ecclesiae, quae ex gentibus venit ad Christum. Infra. Venit ergo haec, immo, et secundum figuram eius Ecclesia venit ex gentibus, audire sapientiam Salomonis veri et pacifici Domini nostri Iesu Christi. Venit ergo in Hierusalem, ad visionem scilicet patris, cum multitudine, et virtute multa: non enim, cum una sola gente, ut prius, Synagoga solos habuit Hebraeos, sed cum totius mundi gentibus venit; deferens etiam munera digna Christo. Odoramentorum siquidem suavitates opera sunt bona, quae ad Deum per odorem suavitatis ascendunt. Cum ergo apparatus intrat ad pacificum regem Christum, et ipsi aperuit cor suum in confessione, et poenitentia, scilicet praecedentium delictorum, et locuta est ei omnia, quae erant in corde suo, propter quod et Christus, qui est pax nostra, emicavit ei omnia verba eius, et non est verbum, quod omiserit reus, et non emicaverit ei, idest Ecclesiae ex Gentibus congregatae. Et nonnullis interpositis subdit: Ubi Abimelech Aethyops vir eumelchus, cum audisset, quia Heremias in lacum missus est a Principibus populi, eduxit eum inde. Et puto, inconvenientis non videri si dicamus, quem principes Israel condemnaverunt, et in lacum mortis miserunt, iste alienigena, et obscurae gentis homo, et de generis, idest populi gentium, eduxit eum de lacu mortis, resurrectionem scilicet eius a mortuis credens, et ideo Dominus reliquens populum Israel pro peccatis, ad Aethyopem verba dirigit, et ad ipsum mittit Prophetam, et ipse dicit: Ecce ego adduco verba mea super civitatem istam in malo, et non in bono, et salvabo te in die illa, et non te dabo in manus hominum, sed salvabo te. Haec tenus Patres, quibus nos tria praecipue addenda censuimus ad praesens Magorum regum argumentum illustrandam magis, et locupletandam. Primum est, quod quoniam sanctus Epiphanius (in comp. doct.), Tertullianus (con. Iud. et etiam con. Marcionem), neonem et Instinum martyr (con. Thyphonem), Cyprianus (de stel. et mag.) cuius nos meminimus in prima homilia huius libri, opinati fuerint hos reges fuisse Arabes, simul tamen assero, ex magno patre Abraham oriundos esse, quod tametsi tamquam inauditum, et novum admirationem pariat, omni tamen exceptione maiora testimonia, quae in medium producimus, assertiois nostrae probabilitatem facile comprobant. Et quidem impetis extat ad id adstruendum insignis locus Rabbi Moysis Aegyptii dicentis: Saba sunt filii Abrahae, sicut scriptum est: Iersam genuit Saba, ille Iersan est filius Abraham ex Ceptra, ab hoc Saba tota illa regio denominatur: et ibidem tradit, quod Regina Saba venit tentare Salomonem in aenigmatibus, quia arbitrabatur esse Messiam, de cuius adventu ab Abraham edocti erant, iuxta illud (Gen. 25): Num celare poterit Abraham, quae gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam. Deinde celebre testimonio lego libr. Gen. (c. 25), ubi, postquam sacer textus commemoraverit inter filios Abraham, quos non ex Sara, sed ex aliis uxoriibus generat, Saba, Madian, Ephra, quorum meminit Isaias (cap. 60), subdit, quod Abraham dedit cuncta, quae possederat Isaac; filios autem

concupinarum largitus est munera: quasi diceret: bona immobilia reliquisse Isaac, mobilia vero, instar numerum, praedictis filiis donasse. Ne autem inter ipsos, et primumgenitum rixae, et invidiae causae excitarentur, prudens pater Abraham ad plagam orientalem misit eos. Doct autem sanctus Epiphanius (in Compendio Doctrinae), Abraham inter munera illa, quae filiis ad Orientem misit, et donavit, aurum, thus, et myrrham fuisse: verba eius sunt haec: In mysterio conclusit Abraham imperii thus, et myrrham, et aurum regum Sodomorum, et Gomorrhae, hoc est, singulari mysterio donavit eis aurum, thus, et myrrham, quae tamquam spolia a regibus Sodomae, et Gomorrhae in bello extorserat. Mysterium certe nullum aliud illud erat, quam quod Ecclesia catholica nunc celebrat, oblationem scilicet regum orientalem, qui a filiis Abraham descendentes, tria munera, ut illi, Christo Domino religiose obtulerunt. Spiritu namque prophético agnoscens Abraham, non solum Christum, ab eo oriundum per filium suum Isaac, sed et Gentiles ab ipsomet per alios filios oriundos, ad Christum fidem esse convertendos, tria illa munera praemisit, quae tria Magorum regum dona Christo offerenda adumbrarent: et propterea Epiphanius scilicet dixit Abrahamum in mysterio dedisse filiis suis praedicta munera. Quod si quisquam a divo Epiphano quaerat, unde, vel a quo, hoc ipse didicerit? Respondet, id se reperisse in traditionibus Hebraeorum, quarum alteram nos supra retulimus ex Rabbi Moysae Aegyptio. Secundum, quod adiungimus, est, hos tres reges Magos in pignus subiectionis, quam profitebantur, Christo Domino, tamquam bellatori forti, qui eos expugnaverat, praedicta munera obtulisse. Unde sicut olim David, postquam de Philistaeis victoriam reportaverat, ait sacer textus, tulit David froenum tributum manu. Philistim. Moris enim fuit apud antiquos, ut ad propriam servitutem, et subiectionem manifestandam, victori in primum tributum, froenum offerrent, quo equi regi, immo et compesci solent. Non dissimiliter verus David, Christus Dominus ab his mysticis Philistaeis illi religiosi cultus, et laudis froenum; sic enim illum vocaverat per Isaiam (c. 48): Lave de manum froenum te, ne intereas, quibus illum in stabulo collocant. Tertium, quod observandum duxi, est, fuisse sine dubio speciale Christi donum, quod Magi dona ei offerrent: duo enim mihi facile id persuadent, tum, quod David, ad id docendum, ni fallor, dixit (Psal. 67): A templo tuo in Hierusalem tibi offerent reges munera: videbatur potius dicendum: reges allaturos fore munera ad templum Hierusalem, non vero a templo. Consulto tamen arbitror, dixisse a templo, ad significandam ipsam etiam oblationem munerum, quae Christo dantur, divinum munus esse, ab ipso templo Domino, vel ab ipsa Christi humanitate, quae templum est Divinitatis, corporaliter eam inhabitantis emanans. Maxime quod hi tres reges, et tribus suis muneribus, testimonium omni exceptione maius de Christo tribuerunt, quod absque speciali Dei dono praestare non potuissent. Sicut enim tres sunt, qui testimo-

nium dant in coelo, Pater, Verbum, et Spiritus sanctus, ita nunc tres hi reges, et tria eorum munera testimonium perhibent in terra Christo Domino, Deum, hominem, et regem illum attestantes: et sicut illi tres in coelo unum deitate sunt, ita et hi tres unum mystico, charitatis vinculo copulati erant, in qua brevi spatio tanloper creverunt, ut sanctus Hieronymus de eorum adoratione sermonem instituens, dicit: Magi, adorato Domino, thesauris suis, idest secretis mentium patfactis, animum motus nactaverunt pro munere, eosque morbos, per quos aliquid, aut cupimus, aut metuemus, aut dolemus, velut ante pietatis aram, et misericordiae altare posuerunt, ut, sed in auro avertita, vel in thure idololatria, vel in myrrha feret Domino subiecta mortalitas, a quo eius utique capta erat deducenda captivitas. Sub his ergo Magorum, et nonnullis, et oblationibus, omnimode ille divinorum operum Interpellator exauit; quoniam Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Quis enim tam aut aurum audeat possidere, si Domini est? aut Idolis thura conerare, si Myrrha tam vici est? Magi agressi veteris vitae reliquiae vestigia, novum iter ingressi, caecis sarcinis, non vacui benedictionibus cantaverunt: Revertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. Deinde illud idem mihi persuadet, quod experientia frequenter salis comperimus, divites, avaritiae morbo laborare, et in elargiendis Christo munusculis, parcissimos se exhibere, immo, et ipsum Christum persaepe explorare, Iudaeos imitantes, qui vestibus suis illum exuerunt, et super illas rotas miserunt. Eargitas ergo Magorum non potuit non speciale Dei donum esse: agnovit enim id, quod postea divinus infans, grandior factus praedicavit, divitias spinas esse pungentes, et ideo, ne pungant, manu porrecta, non compressa, esse confectiondas; sic enim fiet, ut a nobis bona ex larga Dei manu accepta, eidem munificentissimo datori larga manu retribuendum, magna ipse in aeternum retribuatur; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VI.

Hispaniae reges veros aemulatores esse religionis trium regum Magorum, multiplici eruditione ostenditur, in illa verba: Reges Tharsis, et insulae munera offerent, reges Arabum, et Saba dona adducent.

Quidam perdocti interpretes arbitrantur, in his verbis subintelligendam esse causalem illam, quia: ita ut seusus sit, quia reges Arabum, et Saba ad Christum adorandum, et muneribus cumulandum venerunt, idem reges Tharsis eius vestigia sequentes, tamquam veri eorum aemulatores, ad eundem colendum, et mu-

nera ei offerendum adveniarunt. Ne autem quispiam iudicet, rem esse novam, et insualitatem in sacris eloquiis subintelligi causalem illam, quia: revolet quaeso in memoriam illud (Genes. 40): *Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra; et (Genes. 8): Feni universas carnis venit ad me: repleta est terra iniquitate; et (Psal. 2): Deum formidabunt adversarii eius, super ipsos in caelis tonabit; et (1. Reg. cap. 40): Vae nobis, quis nos subleabit de manu Deorum sublimium istorum? hi sunt, qui percusserunt Aegyptum; et (Can. 1): Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum, et (ibid.): Lactabimur in te, memores uberum tuorum: amor enim excitat recordationem rei dilectae. Ac tandem (Cant. 4): Veni de Libano, Sponsa mea, Veni de Libano, Veni, Coronaberis. Ecce in omnibus his locis aperte subintelligitur causalis, quia. Hoc supposito, per hos reges Tharsis Hispaniae reges designari, praeter modiores id docentes, multa satis probabiliter id indicant. Primum, quia gravissima suppetunt testimonia affirmantia Tharsis ad Hispaniam spectare. Divus enim Anastasius Synaita, cuius honorificam mentionem fecerunt sexta Synodus, Nicephorus, et Evagrius, cum explicaret verba illa Gen. Serpens erat prudentior omnibus bestis, comparans serpentem cum simis, inquit: In tertio libro regum invenimus, novem Salomonis singulis annis venire ad Tharsis, quae est Hispania regionis occidentalis, quam constat esse in Hispania. Gorpitius Beccarius vir eximiae eruditionis (lib. 7. Hispanicorum) ait: Reges Tharsis, et insulae munera offerunt, reges Arabum, et Sabae dona adducunt: coniungit elegantissimas ratas duos populos felicissimos, quorum Arabes Sabaei per se satis noti fuerant, quorum regio peltiarum nomine scilicet nuncupatur, at Hispanenses, ceterisque Tartessiacis hactenus in Cimmeriis tenebris delituerunt. Apud Mariatlem deinde haec egregia carmina lego, quae libro octavo cecinit:*

An Tartessiacus stabuli nutritor Iberi
Baetis in Hesperia te quoque lavit aqua.

El libro nono inquit:

In Tartessiacis domus est nobissima terris.
Qua Dives placidum, Corduba Baetia amat.

Id etiam confirmat eruditus auctor Forerius, qui licet in contrarium sententiam abeat, probabilitatem tamen huius animadverserit, haec verba scripsit (ad cap. 23. Isaiae): *Si quis tamen diceret: Tharsis esse Tartessum in Hispania, unde Phoenices insulam multitudinem auri, et argenti olim deferebant, cum vox consentiat, nihil non absurdum offerre sententiam videbitur. Consentiant eidem sententiae Titelmanus (in Psal. 71), Ribera (tom. 1), et Pineda latissime (lib. 4. de Salom. cap. 14). Accedit, quod antiqui Historiographi id ipsum tradunt: nam Strabo (lib. 3) inquit: Videtur veteres, Baetia appellasse Tartessum; et paulo inferius subdit: Sunt, qui Tartessum esse dicant, Carteam, quae hodie in Hispania est, Thariffa, vel*

Aezira, prope fretum. Subscribit Livius (lib. 8. Decad. 3), Plinius (lib. 3. cap. 1), Sabellicus (lib. 2. Eneid. 1), Volaterranus (lib. 2), Ambrosius, Morales (de antiquitatibus Hispaniae), Mariana (lib. 2. cap. 1), Bozius Engubinus (lib. 15. de signis Ecclesiae c. 18), necnon Hieronymus (in proemio in 2. lib. com. ad Eccles.); credit autem a viris doctissimis, nomen hoc Tharsis a primo Hispaniae fundatore, Tharsis nomine, Noe nepote desumptum fuisse: idque accipiant ex (Genes. 10), ubi dicuntur filii Laban nepotes Noe. Elisa, et Tharsis Chetin, et Dodania; ab his divisae sunt insulae Gentium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam. Ab Elisa dicuntur Itali: Elisa enim Chaldaeus veritit, Italian. Ezechielis (c. 27.) Chetin nomen dedit Cypro, et eius urbem Cesium vocavit, ut scribit Iosephus (lib. 1). Dodaniam vero septuaginta interpretantur, Rhodios, alii Rhodaniam, accolaeque esse in Gallia auctor est Beroaldus (lib. 4. Chronicae). Tharsis tandem appellationem dedit Tartessu prioribus partibus Hispaniae, quas primitus ingressus fuit, et inde non solum Baetica regio, sed tota Hispania Tharsis nomenclaturam obtinuit.

Secundum argumentum, ex quo deprehendo nomine Tharsis Hispaniam satis probabiliter intelligi, in eo non infirmum fundamentum habet, quod navigatio frequens erat tunc a mari rubro in Hispaniam: narrat enim Herodotus (lib. 4.) Aegyptios simul cum Phoenicibus navigare solitos, sicut Haebros cum Tyriis, attingisse Herculis columnas, idest Gaditanas oras, quae ad Hispaniam pertinent, in quibus sunt Herculis columnae: verba Herodoti sunt haec: Deinde merso frumento navigabant, ita biennio consumpto ad Hercules columnas anno tertio declinantes, in Aegyptum remearunt. Plinius etiam (lib. 2) id ipsum his verbis tradit: *A Gadibus columnique Herculis, Hispaniae, et Galliarum circuitu totus hodie navigatur Occidens; et de prisca navigatione subiungit: Alio latere Gaditan, ab eodem Occidente, magna pars meridiana sinus ambitu Mauritaniae navigatur hodie. Matorem quidem eius partem, et Orientis, victorias magni Alexandri lustrare usque in Arabicum sinum: in quo res gerente Caio Caesare Augusti filio signa nativum ex Hispaniensibus naufragis feruntur agnita. Idem praeterea tradunt Soidas (in Semiramide), et Silius Italicus (lib. 2), ubi Hispalim urbem, quae celebris est in Hispania, ab Oceani insigni navigatione in Africanam, et Indicas oras, nam de Maxicanis et Peruanis intelligi non potest, cum illae tunc navigationis intentatae, immo, et omnino ignotae essent.*

Tertium argumentum desumo ex variis locis sacrae Scripturae, quibus non obscure indicatur commercium inter Tyrios, et Hispanos, et mutua inter illos navigatio per mare Oceanum: adest locus ille Ezechielis (cap. 27): *Dices Tyro, quae habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas. Inter negotiatores autem eos commemorat, qui erant in Insulis Elysae, qui ad Gaditanas oras, et campos Elysios Hispaniae, et alias insulas opulentia conspicuas pertinent, quas Strabo (lib.*

3) ad finem, intra, et extra columnas Herculis ante Hispaniam colloca; deinde eodem capite ubi vulgata nostra legit: *omnes naves maris, et nautae earum fecerunt in populis negotiationis suae, Septuaginta Interpretes ad rem nostram satis accommodate verterunt: omnes naves maris, et remiges earum facti sunt sibi in Occidentem, idest, ut Hieronymus (sup. c. 27), et Theodoretus explicant, qui extremas partes occidentales regionis incolunt, cum multis navibus venire solitas ad Tyrios nudinas. Ecce voluit hi Patres, Occidens Occidentis, esse extremum Occidens, qui finis terrae vocatur, quem constat esse ad Hercules columnas, in quibus propterea fertur Herculeum posuisse scorpionem illum: non plus ultra. Est etiam non contemnendus locus ille Davidis (Psal. 47): *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis, vel, ut alii verunt, naves maris, quia fortitudine, et opulentia sua videbantur super mare dominari. Atque hinc est, quod Isaia spiritu prophético videns portum Tyri devastatum, ad quem appellare solebant naves divitiis onustae, dixit: Onus Tyri, viduate naves maris, vel ut Hebraeum originale legit: *Uvulate naves Tharsis, quia vastata est domus, unde venire consueverant; quasi diceret: Plangite naves Hispaniae, quia corruit portus Tyri, qui vos recipere solebat: unde opus erit commercium vestrum cum Tyris cessare. Ad haec certe Salomon ingentem illam auri, et argenti copiam ad templum Domini exorandam, et locupletandam, licet alimde etiam, praecipue tamen ex Hispania asportavit: nam, ut habetur (lib. 2. Paralipomenon cap. 9): *Argentum in diebus portum Tyri nihil reputabatur, siquidem naves regis ibant in Tharsis; et (3. Reg. 10): *Classis regis per mare cum classe Hebraeorum, senel per tres annos ibant in Tharsis: deferentes aurum, et argentum; explicans autem sanctus Anastasius Synaita (lib. 10. in examer.) Tharsim, ait, Quae est Hesperia regionis occidentalis, quam constat, Hispaniam esse. Accedit, quod cum (Ionae 1) legimus, *Ioanem euntem in Tharsim, Hispaniae designatur: nam cum hic propheta avertus esset a Deo, voluitsetque a prophetarum collegio apostolare, mercatoris habitu se induit, propheticum dimisso, ut in eum locum tradit Arias Montanus, et in consortio reliquorum mercatorum, qui ad Tharsim, hoc est in Hispaniam navigabant, utpote ab Hierusalem remolisissimam, aufugit. Ac tandem cum David Salomonis dominium auferens, in quo Christi supremum dominium adumbrabatur, eruditus auctor Pineda, qui hoc genus argumenti uberior, quam omnes, pertractavit, elucidans verba illa: *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, in hunc modum illa exponit: *A mari usque ad mare, idest a mari rubro, usque ad Gaditanam, et a flumine Euphrate, usque ad terminos orbis terrarum, quos semper constituit antiquitas ad columnas Herculis, ut ex variis auctoribus superius nos comprobavimus. Ex his igitur non obscure liquet, quantam praeseforata probabilitatem, sub nomine regum Tharsis Hispanos reges intelligi. Sicut enim ea solum ratione Spiritus sanctus specialem curam habuit, ut rex Tyrus propheticum Isaiae victimio cum proprio nomine compellente colomesaeretur, quia opem suam latrurus erat Hebraeis in Aegyptia captivitate degentibus, ita praevidentis Deus religiosum obsequium, quod Hispani reges in fovenda Ec-********

locupletissimae fuerint, necnon aliae, quas longum esset recensere. Ad rem ergo nostram rediens, cum tanta fuisset in Hispania auri, et argenti, et aliorum metallorum copia, reliquae nationes eius divitias ambientes, ex variis regionibus ad illam navigabant. Naves autem istae, cum omnium potentissimae haberentur, ideo David ad declarandam Dei omnipotentiam, qui unico venti flatu munitissimas, ac fortissimas naves ex Hispania venientes, facile poterat demoliri; ideo, inquam, dixit (Psal. 47): *In spiritu vehementi conteres naves Tharsis, vel, ut alii verunt, naves maris, quia fortitudine, et opulentia sua videbantur super mare dominari. Atque hinc est, quod Isaia spiritu prophético videns portum Tyri devastatum, ad quem appellare solebant naves divitiis onustae, dixit: *Onus Tyri, viduate naves maris, vel ut Hebraeum originale legit: *Uvulate naves Tharsis, quia vastata est domus, unde venire consueverant; quasi diceret: Plangite naves Hispaniae, quia corruit portus Tyri, qui vos recipere solebat: unde opus erit commercium vestrum cum Tyris cessare. Ad haec certe Salomon ingentem illam auri, et argenti copiam ad templum Domini exorandam, et locupletandam, licet alimde etiam, praecipue tamen ex Hispania asportavit: nam, ut habetur (lib. 2. Paralipomenon cap. 9): *Argentum in diebus portum Tyri nihil reputabatur, siquidem naves regis ibant in Tharsis; et (3. Reg. 10): *Classis regis per mare cum classe Hebraeorum, senel per tres annos ibant in Tharsis: deferentes aurum, et argentum; explicans autem sanctus Anastasius Synaita (lib. 10. in examer.) Tharsim, ait, Quae est Hesperia regionis occidentalis, quam constat, Hispaniam esse. Accedit, quod cum (Ionae 1) legimus, *Ioanem euntem in Tharsim, Hispaniae designatur: nam cum hic propheta avertus esset a Deo, voluitsetque a prophetarum collegio apostolare, mercatoris habitu se induit, propheticum dimisso, ut in eum locum tradit Arias Montanus, et in consortio reliquorum mercatorum, qui ad Tharsim, hoc est in Hispaniam navigabant, utpote ab Hierusalem remolisissimam, aufugit. Ac tandem cum David Salomonis dominium auferens, in quo Christi supremum dominium adumbrabatur, eruditus auctor Pineda, qui hoc genus argumenti uberior, quam omnes, pertractavit, elucidans verba illa: *Dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, in hunc modum illa exponit: *A mari usque ad mare, idest a mari rubro, usque ad Gaditanam, et a flumine Euphrate, usque ad terminos orbis terrarum, quos semper constituit antiquitas ad columnas Herculis, ut ex variis auctoribus superius nos comprobavimus. Ex his igitur non obscure liquet, quantam praeseforata probabilitatem, sub nomine regum Tharsis Hispanos reges intelligi. Sicut enim ea solum ratione Spiritus sanctus specialem curam habuit, ut rex Tyrus propheticum Isaiae victimio cum proprio nomine compellente colomesaeretur, quia opem suam latrurus erat Hebraeis in Aegyptia captivitate degentibus, ita praevidentis Deus religiosum obsequium, quod Hispani reges in fovenda Ec-********

clesia catholica, et Sede Apostolica tuenda, futuris temporibus, adhiberi erant, voluit hoc insigni honore, et gloria eos exornare, ut Davidico nimirum vaticinio tres reges Magi Arabum; et Saba, et reges Tharsiaci, hoc est, Hispani, tanquam veri eorum cultus, et religionis aemulatores pariter comprehenderentur. Dixi, *Veri aemulatores*: quia sicut tres reges Magi primi inter omnes nobiles extiterunt, qui ad Christum adorandum confluerunt, ita post illos, eorum vestigiis insistentes, primi fuerunt Hispani, qui debitum cultum Christo exhibuerunt. Primum namque Apostolos, antequam reliqui in varias nationes dividerentur, sanctus Iacobus fuit, qui in Hispaniam peragravit ad fidem catholicam propagandam, ubi licet paucos converteret, pauca tamen illa grana divina gratia Iherosolime in copiosissimam Christianorum messem excreverunt. Primus Apostolus, qui pro Christi fide sanguinem fudit, et eorum Protomartyr exiit, non alius fuit, quam Apostolus Hispaniae. Primum templum, quod in honorem Beatae Mariae erectum fuit, Caesarae Augustae extat, ubi steterunt pedes eius, cum divo Iacobo apparuit. Primi, quos sacris Conciliis adfuisse novimus, Hispani fuerunt, discipuli scilicet illi, quos beatus Iacobus secum tulit, ex Hispania ad Hierosolimam rediens. Constat autem ex divo Luca (cap. 1) in illis primis Conciliis, quolquot aderant Christiani solitos congregari, ut latius deducit insignis doctor Valdes in pererudit illo libro de praecedentia regum Hispaniae. Prima deinde epistola, quae post Apostolos a summis Pontificibus ad Episcopos fuit scripta, Hispanis Praesulibus a Clemente Romano missa esse perhibetur, ut (1. tom. Conciliorum) legimus. Primi nuncii Apostolici, Philippus, et Marcus ab eodem Clemente in Hispaniam venire iussi sunt. Primum Imperatorem Christianum, Constantinum fuisse, nemo inficiatur; eius tamen conversionis minister, et instrumentum, magnus ille Praesul Hispanus fuit, nomine Osius, vitae sanctitate, et doctrina conspicuus. Item in celeberrimo illo Concilio Niceano, ubi permulta Catholicae fidei dogmata fuerunt definita, inter tercentos decem, et octo Episcopos, qui in eo aderant, idem Osius Hispanus, et Episcopus civitatis Cordubensis, primus omnium subscripsit, dicens: *Credo sicut superior scriptum est*. Ac tandem si verum est, quod et multi graves Historiographi certius putant, post Apostolorum Concilia, primum, quod solemniter fuit coactum, minime fuisse Niceanum, sed Illibertinum; constat clare in Hispania fuisse celebratum, cum Illiberis antiqua fuerit Hispaniae urbs circa Granatensem sita civitatem. Cum igitur in multiplici hoc religionis cultu genere Hispani reliquos omnes antevererint, merito David illos cum regibus Arabiae eodem vaticinio copulavit. Sed et inter illos et Magos reges aliam singularem similitudinem observavi, quod sicut Deus regibus illis orientalibus Christo nato irradiantem stellam misit, ut sacer Evangelista testatur (Matth. 2): *Ece stella, quam viderant in oriente*; ita etiam, ut auctor est Thundensis (lib. 1. historiae Hispaniae), nubes quaedam tam insolita claritate co-

ruscans in Hispania apparuit, ut in media nocte caligine, ut ait ille; *Meridiani caloris ferorem, ac splendorem daret tectis*. Ecce quomodo, cum primum Christus nascitur in Bethlehemi, continuo caelestes nuncios ad Orientalem, et Occidentalem plagam mittit, unum scilicet, splendentem stellam ad reges Arabes; alterum, rutilantem nubem ad Hispanos, quia ipsos, et eorum reges priores futuros praenovit, qui orientalium illorum regum fidem, ac religionem venturis temporibus scelerari erant. Denique ut omnia consona sint, sicut reges illi Orientales liberales erga Christum se exhibuere, varia munera ei offerentes, ita David, reges Tharsis, hoc est Hispanos ea oblaturos praedixit (Psal. 72): *Reges Tharsis munera offerent*. Sane si recensere voluissim donec, quae tam vetustiores, quam recentiores Hispanici reges Ecclesiae Romanae munificentissime obtulerunt, in immensum abiret oratio. Non pauca misit Innocentio tertio rex Castellae Alphonsus Sextus post victoriam illam partem illius Provinciae Naval de Tholosa nuceputatae. Rex etiam Alphonsus Undecimus, postquam insignem adeo palmam de hostibus suis reportaverat, ut cum sola iactura viginti militum suorum ducentos mille Mauros partim ingulavit, partim gladio confoderit, varia munera Beuedicto XI. misit. Idem facilarunt Petrus primus rex Aragoniae post potentissimum Maurorum exercitum profligatum, necnon Emmanuel Portugalliae rex, post felicissimam illam navigationem, qua Indiam delevit orientalem, ille erga Urbanum secundum, hic erga Leonem decimum. Praeterea ingentes expensas, quas Hispani reges in sacris Basilicis erigendis, eorum ministris stipendiandis, academicisque fundandis fecere. Sileo magni momenti sumptus, quos iidem reges fecisse agnoscimus, ut copiosissimis annis redditibus ecclesias cathedrales, monasteria tam Monachorum, quam Monialium, necnon Ordines militares sancti Iacobi Alcantarae, Calatravae, Montesa, et Christi cumularent. Quid plura? Alphonsus Aragoniae rex nonne sanctum Redemptoris nostri sepulcrum honorum suorum reliquit haerendum? Rex Ramyrus primus a Gregorio septimo Christianissimus nuceputatus, nonne munificentissime regnum suum Ecclesiae Romanae tributarium reddidit? Petrus etiam secundus, rex Aragoniae, cum Romam venit, ut regio diademata redimeretur, nonne perpetuum Pontificis feudatarium se constituit, et ad solvenda certa aurea numismata se sponda devinxit? Ac tandem inter Gothos, plii, et Catholicos reges, nonne Sedis Apostolicae subiectioni, et obedientiae totam Hispaniam religiose subdidit? ac illi speciale tributum perpetuo pendere in singulos annos statuerunt? cuius meminit Gregorius septimus in quadam epistola. Ergo reges Tharsiaci, seu Hispanici Orientalium regum vestigia in religionis cultu sedula diligentia sunt secuti, ideo ut merito regius vates una cum sacris illis regibus Arabiae reges nostros sub eodem vaticinio coniunxerit. Quia tamen huic tanto honori, et gloriae Hispanorum regum non pauci invident, ea quae magis nervosa mihi videbuntur, ad praedictam

intelligentiam infirmandam, in medium producam, ut facile illis occurrere, et eorum solutione, probata veritas solidius constabatur.

Primum est, quod coniectura nostra ex Tharsis nomenclatura deducta, firma non sit, cum permultae aliae provinciae praeter Hispaniam similis Tharsis nomenclatione gaudeant: nam Strabo Tharsium vocat fluvium Troadis, Ariarius Tharsium vocari tradit Persiae promontorium quoddam, Ptolomaeus Tharsium in Pannonia inferiori esse commemorat. Nicetas aliam Tharsiam Nicodemiae vicinam docet. Hesychius Tharsim facit Syriae urbem. D. Paulus suam Tharsium in Cilicia esse pronunciat. Non inficior has omnes acceptiones Tharsis veras esse, tamen ea, quae Hispaniam designat nomine Tharsis, in proposito praefrendenda est reliquis, quae antiquior esse perhibetur. Constat autem, navigationem in Tharsim antiquiorem esse, quam Tharsus Ciliciae: nam, ut tradit Athenaeus (lib. 12) ex Aristobulo testimonio, Sardanapalus Tharsum Ciliciae fundavit, ut monumenti eius inscriptio palam facit: *Anchiale, et Tharsus uno de a Sardanapalo condita*; fuit autem Sardanapalus multo Salomone posterior, ut testatur Volaterranus (lib. 11. cap. 10). Navigatio etiam illa vetustior fuit, quam Carthago, quae fundata fuit a Phoenicibus paulo post bellum Troianum ante Romanum conditam annis tercentis, et amplius, ut Iustus, et Livius, et alii Historiographi passim scribunt. Igitur necesse est, aliam esse Tharsim, nempe Hispaniam Baelycam Tharsium, ad quam classis Salomonis navigabat.

Secundo et efficacius obicitur potest, quod cum classis Salomonis ibat in Tharsim, multa refert sacer textus, quae inde deferbat, quorum tamen constat Hispaniam non esse feracem: sine enim habet textus: *Per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum, et argentum, et dentes elephantorum, et simias, et porcos*. Igitur Tharsis illa minime erat Hispania. Respondeo, quod licet animalia ista in Hispania non generarentur, magna tamen eorum copia ab aliis regionibus, eum quibus commercium habebant, in eam deferbantur; et ita classis Salomonis non solum aurum, et argentum nativum in Hispania, sed et alia, quae nativa non erant, poterat inde asportare. Simile enim quiddam refert Plato de insula Atlantica, de qua sermonem institutus ait: *Multa quidem ad eos extrinsecus propter imperium accedebant, permulta quoque insula ipsa ad omnem vitae usum producebat*.

Tertio obicitur potest, quod non poterat navigatio confici a mari rubro in Hispaniam nisi per torridam Zonam; hanc tamen omnes antiqui iudicantur in navigabilem, et inhabitabilem, ut Aristoteles, Cicero, Plinius, Macrobius, Strabo, d. Thomas, Scotus, Durandus, et alii. Respondeo, quod praeterquam multi negant, torridam Zonam fuisse omnino inhabitabilem, de quo fusiis Coymbricenses, Maldenda, et Iosephus a Costa; revera licet torrida Zona habitationem non admitteret propter excessivum calorem, bene tamen navigationem, quia cum haec summa celeritate fiat,

humiditate quidem aquae ipsius maris, et ventorum perflantium beneficio navigantes facile refrigerari poterant. Ille tamen scrupulos multos male vexat, qua ratione cum brevissimo tempore, et commodissima navigatione posset classis Salomonis venire ex Tyri, aut Ioppae portu per Mediterraneum, nihilominus tamen per Oceanum mare longissima navigatione trium annorum illam mitteret; duplex occurrit responsio. Prima, quod licet per Mediterraneum esset brevior navigatio, non tamen negotiatio erat commodior, quia per mare Oceanum perplures offendebantur classes, divitias Arabicas, Indicas, et Africanas afferentes, cum quarum mercatoribus varios contractus emptionis, venditionis, et commutationis inire poterant Tyri. Secunda vero est, quod tempore Salomonis non erat frequens navigatio per Mediterraneum, quia nondum Africae, atque Europae littora commodis portibus, et navium stationibus instructa erant; nec Carthago tunc condita, ut probat Gounebrardus. Quod autem alii nobis opponunt, quod acus nauticae visus recens est, ut permulti contestantur auctores, Philander (comment. in Vitruv. lib. 10. cap. 3), Gilarus (lib. de navig. cap. 1), Gilbertus (lib. 1. de mag. c. 1), Bozius (lib. 20. de sig. Eccles.), per vastum autem, et altum Oceanum navigari non poterat sine huiusmodi visus nauticae adminiculo, propter ingens navigationis periculum, respondeo bifariam. Primo, quod tametsi demum, illo tempore nondum esse cognitam aciem nauticam, seu magneticam; inveni tamen poterat in altum maris classis, beneficio aurorum septentrionalium iuxta polum, quorum ductu Sydonii, et Phoenices, navigandi tunc permississimi, ut refert Cicero (lib. 1. Acad.), ex Arato, navigationem suam dirigebant, necnon et Plinius (lib. 8. cap. 16), et Laerlius (in Thalet.). Deinde secundo dico, mihi non esse verisimile, tunc ignoratam fuisse virtutem magnetis in ministerium acis nauticae, cum sapientissimus Salomon, qui disputavit a cedro, quae est in Libano, usque ad isopum, quae excedit de parveto, plane illam cognoverit, sicut et reliquorum lapidum, et herbarum virtutes. Gounebrardus etiam (lib. 3. Hispanico-um) originem acis nauticae refert ad Cymbricos, quae argumentum ductus, quod nonniam venturum, eo quae describuntur, in chartula nautica, seu pixideula, omnia sunt Cymbrica. Tandem illud argumentum magnum fecessere negotium videtur ad evertendum praedictam Tharsis intelligentiam, quod Isaias (cap. 23) vocat Tyrum, filiam Tharsis; quod Tharsesso, ad Hispaniam pertinenti minime quadrare potest: nam Tharsessiaci fuerunt colonia Phoenicem, et Tyrorum, ut Plinius, Strabo, Diodorus, et alii auctores supra a nobis relatati contestantur; ac proinde Tharsessiaci, utpote oriundi a Tyris filii eorum habebantur; ergo Tyrum non erat filia Tharsis, prout Tharsessius ad Hispaniam spectantem significat. Respondeo, diversis rationibus utrumque esse verum; nimirum, quod Tharsessius, quia colonia erat Tyri, filia eius dicebatur, quia vero Tyrus a Tharsesso, tanquam a matre hac divitiarum sugebat, quo in dies magis

incrassabatur, merito filia Tharsis dicebatur iuxta linguam hebraicam phrasim.

Sed dicit quispiam, quod dum exaltare contendit Hispanos inter Tharsis negotiatores illos connumerans, Antichristi milites illos facio, cum Ezechiel inter eos, qui Antichristi militiae nomina dabant, negotiatores Tharsis commemorat. Sed nihil officit haec obiectio, quia cum Ioannes in sua Apocalypsi dicit, *Antichristum seducturum gentes, quae sunt super quatuor angulos terrae, et congregaturum eos in praedium, quorum numerus est sicut arenae maris, manifestum est ex omnibus orbis nationibus multos fore ab Antichristo decipiendos, etiamsi fieri posset ex electis.*

Ex his omnibus efficitur, non parum probabile esse eorum expositionem, qui sub nomine regum Tharsis Hispanos reges intelligi opinantur, quam et confirmant sequentia verba; *Et insulae manera offerunt: arbitror enim per has insulas intelligi indicas regiones Occidentales, quod et innuit Paraphrastes Chaldaeus vocans has insulas: magni maris Oceani, quas reges Hispaniae propagandae fidei magis, quam agendi propriam dominium studio, ad Ecclesiam Romanae gremium, et Summi Pontificis obedientiam perduxerunt. Harum insularum incolae non obscure mihi descripsisse videtur Isaias, cum interrogat (c. 60): Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et sicut columbae ad fenestras suas? Respondit enim ei Dominus: Meae enim insulae expectabant, et naues maris, vel, ut originale Hebraicum habet, *Naues Tharsis a principio, ut aduecant filios tuos de longe argentum eorum, et aurum eorum cum eis nomini Domini Dei sui:* quasi diceret, postquam humanam carnem induerim, et alicuius Apolosio meos legatos per Asiam, et Africam, et Europam miserim, insulae maris Oceani me expectabant, ut lumine fidei eas perfunderem, sed pariter etiam expectabant tanquam instrumentum suae conversionis venturas ad se naues Tharsis, seu Hispanas: ubi observatione dignum arbitror, quod ubi vulgatus interpret vertit, *a principio:* Forerius auctor doctissimus in Commentario illius capituli legit: *Naues Tharsis cum primaria;* per quam apte intelligi classem, quam struxit aeternae memoriae dignus, Hispanus ille nomine *Colon*, qui novum illum orbem detegens, Ecclesiae catholicae magnum incrementum dedit: industria enim, et ministerio huius Catholici viri factum est, quod in persona Dei ait Propheta (Isai. 60): *Aduecant filii tuos de longe:* illae enim regiones Indicae longa intercapedine ab Ecclesia Romana distabant: ipsi autem fidei lumine illustrati, et ad Deum conversi, in pignus fidei, et amoris sui, auri, et argenti munera religioso cultu mihi offerunt (Isai. 60): *Argentum eorum, et aurum eorum cum eis nomini Domini Dei sui.**

Porro, ut iam sermonis vela contraham, illud dicere non paream, catholicos Hispaniae reges primorum illorum regum Tharsis minime degeneres, catholicae fidei zelo, et Apolosioe Sedis obedientia reliquos reges longe antecellere: non inficior, regna alia celeberrimis viris, et feminis locupletata fuisse: nec animi ignorat Galliae Ludovicos, Germaniae

Carolus magnos, Austriae Leopoldos, Angliae Eduardos, Scotiae Margaritas; in universum tamen nullos reperies principes regibus Hispaniae, catholicae fidei oculatiores zelatores, nullos Sedi Apostolicae obsequiosiores, nullos haereticorum acriter expugnatores; adeo, ut in nulla urbe, villa, aut loco catholici regis ditioni subacto in effroemem, et haereticam conscientiae libertatem erumpere quispiam audeat. Quod si quisquam id tentat, sacro Inquisitionis officio continuo eius audacia retunditur. Unde rex Sisebutus, quem d. Gregorius (lib. 7. Ep. 126) religiosissimum nuncupat, ardentem cupiens a Iudaicae perfidiae labe totam Hispaniam emundari, omnes Iudaeos ab ea longe primis relegere coepit, cuius pietatis aemulorum exiit successor eius, rex Scintilla, posteaquam ultimam ei manum apposuerunt reges catholici Ferdinandus, et Isabella, nihil pendentes magni momenti tributa, et vectigalia, quae a Iudaeis sibi pendebantur, ne eos abire compellerent. Deinde manifestum est, per octo annos, ut historiographi Hispaniarum rerum commemorant, a rege Pelagio, usque ad rege Catholicos adversus Mauros, Christiani nominis hostes, perdarasse bellum, quo pede innumerum illorum gladio occubuerunt: quod praeclearum factum tanti fecit Summus Pontifex Innocentius II. ut non minoris meriti sibi videretur, Mauros ab Hispania profligare, quam ad expugnationem Terrae sanctae se conferre. Unde enim stabilivit legem, ut incendiarii mitterentur vel ad bellum Terrae sanctae, vel ad illud, quod contra Mauros in Hispania gerebatur. Nec ardens hic zelus priscorum illorum regum Hispaniae in novissimis eorum successoribus quidpiam leuip, cum Carolus Quintus Solymanum, fugam ignominiose arripere coegerit, Tunc, quam vocant, viriliter expugnauerit, Algeri potentiam magnanimitate contere aggressus fuerit. Tempore etiam Philippi Secundi Orientalem draconem maris fluctibus submersum nemo ignorat: ac tandem Philippus Tertius Hispaniarum rex omnes Agaraenos, tanquam catholicae fidei hostes ab omnibus suis regnis tam prudenter, quam religiose hac nostra tempestate exturbavit. Atque hunc catholicae religionis ardentissimum zelum, quo Hispani reges exaestuant, i causam esse arbitror, ob quam Deus Optimus Maximus multis beneficiis tam in bello, quam in pace in dies eos cumulatur, eorumque dominum quotidie angel: ut enim imperator Theodosius, id referente Cedreno, iam iam moribundus filiis suis dixit: *Imprimis, et ante omnia religionem, et pietatem excolite, per quam et pax seruari, et bella confici, et hostes fundi, et trophaea statui, et denique victoriae obtineri poterunt, haec prudenter satis Imperator ille, quae, quia admissim Hispani reges observant, ideo multis faustis successibus potuntur: Gregorio Magno dicente in epistola ad reginam Galliae. Facite quod Dei est, et Deus faciet quod vestrum est: cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.*

Prosequimur idem argumentum, elucidantes verba illa: Audiens autem Herodes turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo; et illa alia: Interrogate diligenter de puero, ut et ego veniens adorem eum.

HOMILIA VII.

Prosequimur idem argumentum, elucidantes verba illa: Audiens autem Herodes turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo; et illa alia: Interrogate diligenter de puero, ut et ego veniens adorem eum.

Audiens autem Herodes turbatus est. Mirum videtur, quod ad Christi Domini adventum turbetur Herodes, cum ipse sit, quem Isaias in celo illo nomine insignivit (Isai. 9): *Princeps pacis.* Cum in mundum venit, pacem acclamavit (Luc. 2): *Et in terra pax hominibus:* nec in terris solum, sed et in coelis (Ioan. 14): *Pacificans quae sunt in coelis, et quae sunt in terra.* Vivens, pacem praedicavit, immo et turbatis discipulis exprobat (Ioan. 14): *Non turbetur cor vestrum.* Mortuus pacem testatus est, quam donavit suis haereditibus (ib.): *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Resurgens pacem donat (Ioan. 20): *Pax vobis.* Tandem ipse est pax ipsa (Eph. 2): *Ipse est pax nostra.* Cum igitur pax sit, cur Herodem turbat? Responso in promptu est: *Christi pax tantum piis promittitur hominibus (Luc. 2): In terra pax hominibus bonae voluntatis.* Herodi, quia perverse erat voluntatis, pax non debebatur; et ideo Christi auditio nomine turbatur (Matth. 2): *Audiens autem Herodes turbatus est.* Minime quidem a regno se deturbandum formidare debuerat; nam ut cecidit Sedulius: *Non eripit mortalitas, qui regnat dai coelestis: et s. Hilarius Arlatensis: Non venerat, ut alienam invaderet gloriam, sed ut donaret suam; nec ut regnum terrestre praeriperet, sed ut coeleste conferret: non caput ad gemmatum diadema, sed ad spineam coronam praeparavit.* Sed quia tyrannice regnum illud occupabat, sicut et Romani, ex quorum commissione Herodes Galilaeae dominabatur, a regno deponi formidabat: nam ut dixit Sapiens (Sap. 17): *Semper praesumit saeva perturbata conscientia.* Causam Herodiana huius perturbationis si nosse velimus, illam egregie ante oculos ponit Achan historia. Praecepit Deus in destruenda Hierico nihil a militibus de inimicorum spoliis reportandum: *Cave,* ait illis (Josue 6), *ne de eis, quae praecepta sunt, quidpiam contingatis, et sitis praevocationis rei, et omnia castra Israel sub peccato sint, atque turbentur.* Sed Achan purpuream vestem, et virgam auream furto surripuit. Pergentibus deinde tribus millibus militum, ut civitate potirentur, exterriti cum summo dedecore lerge dederunt, adeoque eventus hic eos turbavit, ut de illis dicit sacra Scriptura (Josue 7): *Portum cor populi, et ad instar aquae liquidum factum est.* Huius tantae perturbationis unicum duntaxat Achan furtum causa fuit, cui dixit Josue (ibid.): *Quia turbasti nos, exturbabit te Deus in die hac.* Nunc igitur ad rem nostram. Si Herodis turbationis causam investigemus, certe non aliam adveniemus, nisi quod regiam purpuram, et aureum sceptrum surripuerat, tyrannice regnum occupans, et ideo mala

conscientia turbatus, teneram infantem pertimescit. Accidit Herodi, quod furi solet accidere: hic si argenteum aliquid vas abstulerit, infantis etiam lactentis voces pertimesces turbatur. Occupabat Herodes Galilaeam iniuste, atque adeo nati infantis voces formidans, turbatus est. Hac accidit innata Herodis crudelitas, quia, ut scribit Egypptus (de avers. Hieros. lib. 1. 2. 3), et Iosephus (lib. 4. 15. 16. 17. antiq. et lib. 1. de bello Iud.), Hyrcanum regem simul et sacerdotem interfecit, ut regno potiretur: Pheronam fratrem, et Iosippum cognatum interemit: Mariam uxorem levi suspicionem actus decollavit: immo eo pervenit eius immanitas, ut proprios filios Aristobolum, et Alexandrum occideret. Cum tot igitur sceleribus eius conscientia premeretur, quid mirum quod turbaretur? Etenim turbatio prava conscientiae propria affectio est. *Sonitus terroris,* ait Iob (c. 25) de impio, *semper in auribus illius: et cum pax sit, ille semper insidias suscipiat, circumspiciens undique gladium.* Duo hoc loco de impio dicuntur: primum est, semper in se proditiones ordiri, continuo armatum inimicorum manum formidantem: quod in Dionysio Syracusano experientia comprobatur est, qui, ut scribit Valerius Maximus (l. 9. c. 14), tanta turbae angustia angustatus, ut proprios etiam filios expavesceret, et ut securus dormiret, ligneum pontem, quo transire erat ad regiam aulam, nocturno tempore amoveri praecipiebatur. De quadam parvula legitur apud Plutarchum, qui cum parentem interemisset, more formidans hirundines, ne ignotum crimen detegerent, eas occidit. Quod manifeste etiam in Cain occidit Abel perspexit, cuius caput hinc inde praenimia turbatione nutabat, et tremebat, ut narrat Lyranus. De impio etiam sanctus Iob dixit, quod quocumque oculis convertat, videtur sibi videre minacem gladiatorum aciem in se convertit (Iob 15): *Circumspiciens undique gladium.* Ad quod respexisse videtur Paradisus, qui ut formidolosum hominem significaret, rosam expressit novaculis undique cinctam, et in interioribus rosae partibus leporem illis inconfosum. Cui persimile est quod dicit Iob (ib.): *Circumspiciens undique gladium.* Prava enim conscientia omnia adversa supra dorsum eius caesura suscipiat; et sicut vulnerat manum habens, quidquid iuxta se movetur, ne in illam tendat reformidat; sic qui laesam ac vulneratam habet conscientiam, quidquid adversum movetur, in eum irruere pertimescit. Hinc est, quod Heli sacerdos, ut nonnulli existimant, a Samuele, quae a Domino accepisset, nosse cupiebat, quia de seipso, ac de ipsius culpa Dominum locuturum suscipiatur. Hinc etiam est, quod cum Christus Dominus in cruce exclamasset (Matth. 27): *Eli, Eli lamnazabactani,* existimantur Iudaei Eliam a Christo invocatum: unde clamantur: *Eliam vocat iste.* Ubi acite quod d. Augustinus (in eund. locum), id dixisse, notat persimescentes, ne iterum Elias ignem faceret descendere de caelo, ut omnes combureret, ut olim fecerat, prout legitur lib. quarto Regum capite primo. Tandem prava conscientia adeo formidolosa est, ut de ea dictum sit (Lect. 26): *Terrorit*

ros sonitus folii volantis, et cadent nullo persequente. Quod accidit Iob, qui, cum Salomon ad regiam dignitatem eveheretur, neminem illum persequente, ad templum confugit: immo et terrae pulvis in huiusmodi viros phalanges instruit; quod figuravit illud Exodi: nam cum percussisset Aaron terrae pulverem, cymiphes innumeri prodierant, quos exercitus construxisse iuro optimo dixeris, cum illis lanceam, et tubam, ut Tertullianus adnotavit, natura concesserit. Divus Augustinus (*Epist. 116. c. 16*) moraliter hunc locum exponens, vult animalia haec aculeos habentia, pravae conscientiae stimulos significare, quibus impius veluti pungentissimis aculeis transfigitur; et quia cymiphes importuno illo suo rumore nocturnam quietem dormientibus impediunt, ita prava conscientia peccatorem quiete sereno non sinit.

Et omnis Hierosolyma cum illo. Turbato Herode, subditi omnes conturbati sunt. Hoc est proprium adulatorem crimen, principum ingenio, et moribus conformari, ideoque Echo merito comparatur, prolatas voces repetenti. Si expedire aliqui principes asserunt, annunt ipsi; si negant principes, non diffidentur et illi. Comparantur etiam speculis, et umbris corporum, quae si laetum, aut triste, longum, aut breve corpus fuerit, longam, aut brevem, laetam, vel tristem effigiem repraesentant. Comparantur chamaeleonti, de quo scribit Plinius (*lib. 28. histor. nat. c. 8*), omnibus vestri coloribus, albo excepto, quod animal Deus abhorrens, sibi immolari in Levitico prohibuit. Sic adulatores vitia principum laudantes, omnibus induntur mendaciorum coloribus, nunquam tamen veritatis candore, semper fallacibus eorum dictis se consentire calide simulant. Detestandum hoc vitium execratur div. Gregorius (*hom. 12*) his elegantibus verbis: *Adulatio blanda applaudit omnibus omnibus salve dicit, prodigos vocat liberos, avaros sapientes, lascivos curiales, garrulos affabiles.* Sigmundus Imperator adeo execratur illud, quod, ut refert Aeneas Silvius (*de dict. et fact. Imp.*), alloquens quadam die adulatorem, qui fucatis, et dulcibus verbis eum demulcere tentavit, iratus colapho illum eiecit: cui dicebat eum haec caedis? Respondit Imperator dignam tali viro sententiam: *Cur me mordes? Significavit illis verbis Imperator, adulationem morsum dilacerantem iudicandam esse: nam sub exteriori verborum suavitate, et lepore canini latent dentes: et hinc est quod Paulus Manutius (*in suis adagijs*) adulationem *lethale multum* antiquitus appellatam commemorat, et Diogenes (*in suis proterbijs*) adulationem *mellem praefocionem* dicebat, quia qui adulationi acquiescit, dulci eius melle immersus suffocatur. Huc facit, quod enarrat Plinius (*de histor. rer. nat.*), Heraclae in Ponto avem quandam reperiri, quae venenatum mel conficit, illudque comedentes dulcedine capti vita privantur. Id sane ad vivum exprimit, quod adulatores accidunt. Hi adulationis dulcem favum conficiunt, sed mortifero veneno infectum, ut praedixit David (*Ps. 54*): *Molliti sunt sermones eius super oleum, et ipsi sunt tacita.**

Felix transtulit: *Et ipsi sunt gladii, vel maledictiones.* Aquila: *Ipsi sunt dol.* Hinc est, quod idem David caedi potius a iusto viro expelebat, quam a simulatoribus demulceri (*Ps. 140*): *Corripit me iustus in misericordia, et increpabit me; oleum autem peccatoris non impinget caput meum.* Adulationem olei nomine membra discurrens olei virtutem effundit: sic adulationis oleum adulatores verbis imbibitum tamdiu permeat, quamdiu ad intima usque praecordia deveniat, ut dixit Cassiodorus: *Nostris mentes velut olei pinguedo libenter ingreditur, liorem vanitatis emolliens.* Et sicut oleum in herbis diu infusum, etiam si inde extrahatur, herbarum latentem vim in se continet: sic adulationis oleum, quamvis exterius veritate patefacere videatur, intus tamen mendacii vim celat, qua corda dilacerat, sicut quae in vulgata editione legitur: *Oleum autem peccatoris non impinget caput meum*, et in Hebraeo est: *Oleum veneni, vel ut alii legunt, Oleum amaritudinis non impinget caput meum.*

Et omnis Hierosolyma cum illo. Adeo efficax est maiorum exemplum ad subditorum animos evertendos, ut turbato Herode universus populus fuerit concitatus. Non immerito exclamavit divus Bernardus (*de Epiph. Domini*): *Misera civitas, in qua regnat Herodes, quoniam Herodiana sine dubio porticeps erat malitiae; quod rei probavit eventus: etenim turbato Herode, universa civitas cum illo turbata est: Et omnis Hierosolyma cum illo.* Atque ex hoc licet dignoscere, malorum crimina semper graviora esse, et gravioris ac universalioris detrimenti originem. Praefati enim norma sunt, per quam universa subditorum gesta dirigitur: ipsi sunt horologium, quo subditorum motus regulantur: ipsi sunt originalis scriptura, quae subditis rescribenda proponitur; quam si erroribus labefactam esse contigerit, reliquum est, ut eius errores in translatione prodeant, quia transcriptum originale refert. Certe si faber scripturam conficit, quod reliquorum artificum norma esse debet, viros omnes adhibet, ne quid imperfecti in eo appareat: etenim si hoc fuerit imperfectum, reliqua omnia ad eius normam elaborata imperfecta exstant: propterea graviora semper sunt maiorum crimina, originales sunt subditi imagines, ad scripturam, quibus se subditi assimilant. Quod in Herode peripue patet, cum eo turbato universus etiam populus turbatus est: *Et omnis Hierosolyma cum illo.* In quae verba haec habet divus Bernardus (*ibid.*): *Videte fratres, quantum moveat iniqua potestas, quomodo caput impium subiectos quoque suae conformet impietati.*

Congregans omnes principes sacerdotum, etc. Consulit Herodes doctos viros, ut locum, ubi Christus nasciturus erat, aperiret. Verum dum consilium hoc adhibet, ut novi regis impedi- ret adventum, stultitiam suam manifeste ostendit. Vel enim novae stellae, et prophetarum vaticinijs fidem praestabat, vel non, si non,

nihil sibi perlescendum fuisset: si vero eis credebatur, quid insanias, quam divinis sese opponere consilijs, divina tentare corrumpere oracula, quae Christi Iesu adventum praenunciabant? Sed responderunt principes sacerdotum, in Bethleem nasciturum: quod sane silere debuisse: tum quia, ut ipsi noverant, Herodes de Christo illo sciscitabatur, ut eum occideret: *Sacramentum autem regis abscondere bonum est, ut dixit s. Tobias (c. 12)*; tum quia et verbis, quae sacra Scriptura profert, praecipua retinebant, quibus Christus Dominus denno natus, aeterno Patri coequalis, ab aeterno genitus pronuntiabatur (*Mich. 5*): *Egressus eius a diebus aeternitatis*: quod deinde origo et causa fuit, ut fageret Christus in Aegyptum ob persecutionem Herodis, et ut innocentes infantes interimerentur. Atque ex hoc antiquorum illorum Rabbiorum facto etiam in posterum Hebraei didicere, a sacris Scripturis ea demere, quae sibi non congrua videntur, ut falsa sua dogmata adstruant. Unde ut tradit Iustinus Martyr (*et Psalmo 95*): *Dicite in gentibus, quia Dominus regnavit, vocem illam, a ligno, abstulerunt, ut qui e cruce titulum auferre non potuerant. Iesus Nazareus Rex Iudeorum, saltem ab scriptura Psalmi illum dederunt.* Hunc morem truncandi sacrae Scripturae testimonia olim docuit eos pater mendacii, cum, ut persuaderet Christo Domino, ut e templi pinnaculo praecipitem se daret, Psalms verba afferens: *Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te, retulit verba sequentia, in vis tuis: noverat enim vias tibi non esse, sed praecipit.*

Interrogate diligenter de puero. Glossa in his verbis haec habet: *Herodes devotionem promittit, sed gladium acuit; malitiam cordis depingens colore humilitatis.* Callide Herodes devotionem in Christum simulabat, illudque quod Iob in Amasum praestabat, quem pacifice amplectens, pugione confodit: illud quoque quod Absalon erga patrem David, a quo in Hebron se sacrificaturum simulans discessit, cum in eum proditorem moliretur. De Iacob sacra Scriptura testatur (*Genes. 27*): *Vox quidem, vox Iacob est, sed manus; manus sunt Esau.* Non dissimiliter hic vox Herodis, devoti quidem hominis vox erat (*Matth. 2*): *Ut et ego veniens adorem eum;* sed cor eius prava intentione corruptum erat, ut Iesum occideret. Egredere tunc Herodes, quod in accipit experimentum: hic avem insequens non statim unguibus disceperit, sed circa eam leviter circumvolans, suam in volando pernicitatem simulat, ut in illam postea maiori impetu irruere possit. Capiebat Herodes infernalis accipiter recens natum infantem depraedari, verumtamen non statim se eius mortem machinari delegit, sed potius devotionem erga eum simulabat (*Matt. 2*): *Ut et ego veniens adorem eum;* sed diabolica calliditate id efficiebat, ut natum infantem praemanibus habens crudeliter interimeret. Contemplor Herodem in haec sua versutia milvo simillimum. Hic quamvis regiae aquilae volatum imitans, altius per aera feratur, oculos tamen a terra, e qua pullum repaibus unguibus depraedari machinatur, non avertit. Simulabat Herodes

caeli superna tranare, verba illa proferens: *Ut et ego veniens adorem eum;* sed ad tenerum infantem occidentium totam mentis aciem intendebat. Infernalis proculdubio versutia tanto quidem detestabilior, quanto praestitu religionis, et pia Christi adorantis furore legabatur: *Ut et ego veniens adorem eum.* Nihil sane vehementius divinam iram provocare arboris, quam devotionem simulare, ut media illa divina maiestas offendantur. In Deum enim tartareis armis, ira, superbia, ceterisque peccati felis insurgere, grave quidem est facinus; sed adversus illum propriis ipsis Dei armis, devotione, divinoque cultu bellum movere, divinum ultra quam dici potest excitat furorem: id enim est velut gladium et Christi latere evaginare, et in eo in illum immaniter irruere. De Naboth legitur, quod cum regi vineam suam tradere nollet, adeo graviter laesum se credidit rex, ac si crimen laesae maiestatis patrum fuisset in eum, iussitque populum ieiunare, ut coelitus acciperet, qua poena multandus esset Naboth, quem blasphemasse falso criminabatur. Adeo id abominatus est Dominus, cernens arma sacra, quibus divina eius ira placanda erat, ad eum offendendum esse conversum, ut inserit Ebraei Achaab enunciare, illum ibidem a canibus disceperendum, ubi sanguinem Naboth effuderat. Caveant, qui ut prava sua desideria compleant, sacrificijs, sacramentis, templis, ceterisque huiusmodi Deo sacris abutuntur; haec enim execranda sacrilegia non solum in futura, sed in praesenti eorum vita graviter solet Deus punire.

Ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos usque dum veniens stat supra ubi erat puer. Sanctus Maximus (*hom. de Epiphania*) affirmat, stellam hanc, ut ad stabulum pervenit, clariore lucis radios effudisse, quibus velut indice ostendebat, ibi delitescere infantulum regem quem quaerebant. Mos apud typographos inolevit, ut quando in libro aliquid dignius notatu, et observatione occurrat, stellae signum superponant, ut verbum, vel sententia illa singulari attentione perpendatur. Quod, quae, verbum divino Verbo praestantius, quo Deus excellentissimum proferre potuit? supra hoc ergo Verbum summa observatione dignum, illud stellae signum convenienter appositum fuit, ut sacri regis admodum ibi sistendum esse, nec ulterius progrediendum, donec coeleste, ac divinum illud Verbum attente perpendatur.

Accidisse contemtorum his sacris regibus, quod venantibus accidere solet. Accipiter cum perdicem insequitur, si illa inter vepres se abscondat, ita ut inde nec rostro, nec unguibus eam extrahere queat, vepres circumvolans, ut saltem locum, in quo perdidit latet, venatoribus designat, ut sic eam occupari possint; ita miraculosa illa stella, ut ait Beda (*de Nativ. Christi*), Bethlehemiticum porticum cingebat, quasi designans regibus locum, ubi divinam praedam, quam ex tam longinquis regionibus venari venerant, invenirent.

Ecce stella, quam viderant in Oriente. Adinvento sacro infantulo statim stella disparuit.

Creaturarum enim munus est, si Creatori suo, ut oportet, inscribant, ad Deum nos perducere, deinde impedimento nobis non esse ad illum usque in finem nobiscum retinendum. Sane si Confessarius, postquam honestam feminam, sive nuptam, sive inuuptam, bonis consiliis in confessione imbuti, continuo ab eius oculis usque ad aliam confessionem se subtraheret, et crebras visitationes, et pia etiam munuscula, quia laeta anguis in herba, vitaret, non parva incommoda, quae et Deo, et hominibus vehementer displicent, de medio tollerent; alioquin saepe extra confessionem fient, quae necessariam materiam confessionis opus erit esse, ut experientia ipsa non semel comprobavit.

Ut tamen ad id, unde nonnihil digressa est oratio, revertatur, sane creaturis tanquam portatili quadam scala uti debemus, quam cum ad aliquod apprehendendum adhibuerimus, illico abiciimus. Hoc in illo Elisei mentis excessu figuratum cernimus, qui rogatus ut vacillaretur: *Adhuc, inquit (4. Reg. 3), mihi psalterium.* Citharæ sonum flagitavit, ut sonus sanivitate ad Deum erigeret, sed mente ad Deum erecta de psalterio amplius non curavit: illa et creaturis calens uti debemus, quatenus tanquam media ad ultimum nostrum finem Deum optimum Maximum deservire possint; cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Amen.

HOMILIA VIII.

Variis animi conceptibus, et ratiocinationibus moralibus finitur coepta superius interpretatio Evangelii, quod in festo Epiphaniae ab Ecclesia cantatur in illa verba: Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius: Obtrulerunt ei munera, aurum, thus, et myrrham: Et reversi sunt per aliam viam.

Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria, etc. Sunt haec Evangelistae verba tam sublimibus referta mysteriis, ut non solum in eo quod dicit, sed in eo etiam quod tacet, mirabilia mihi, et suavissima videantur. Quis enim est, qui non miretur ab Evangelista narrari, hos sanctos reges valde fuisse gavisos, quando stellam, quae disparuerat, viderunt? *Gavisus sunt gaudio magno.* Nunc vero cum inveniant solem, et lunam, Christum nempe et Mariam, nihil dicit de gaudio, quod proculdubio maximum susceperant. Verumtamen id ab Evangelista factum est, non quod minori gaudio affecti reges fuerint, solem, et lunam inveniunt, quam cum stellam viderunt; sed quoniam verba defuerunt ad illud significandum et exaggerandum: talis enim est rerum magnarum conditio, ut plus de illis silentio, quam sermone deat. Unde plura de beatitudine dicit Apostolus inquit (2. Cor. 11): *Quae non licet homini loqui*, quam si de illa multa librorum volumina conficisset. Sannitem Egypti

regem tradunt historiographi captum apud Cambysem, quod cum quadam e regno suo mendicitatem pati vidisset, in lacrymas prorupisset; eundem autem paulo post cum filium suum capite truncatum fuisse intus, nihil fuisse lacrymarum; qui rogatus a Cambyse, quare cum delivisset alienum laborem subditi sui stipem colligentis, lacrymas in morte filii continuisse? Respondit, parva mala plorari posse, maxime sicari fontem lacrymarum: nimia enim affectus vehementia infert stuporem, et eripit loquelam: sicut Hieremie accidit, qui suam professus infantiam ad explicanda divina, dicebat (Hierem. 1): *A, a, a, Domine ne scio loqui.* Quamobrem ut Evangelista magnum fuisse regum gaudium Christum et Matrem eius videntium ostenderet, illud silentio praeterit, quod verba defecerat, quibus illorum exultatio explicari satis valeat. Magna fuit laetitia mulieris illius, quae in Evangelio narratur perditam drachmam invenisse, quam ut inveniret, ut textus unus dicit: *Everit domum,* seu ut alii legunt, *everit domum:* utraque lectio eius in quaerendo innuit diligentiam: *everit latam domum,* id est sollicita et anxia nihil in suis aedibus reliquit intactum, omnia revolvit, ima summis, et summa imis commutans: cumque illam non invenisset, scopis domum everit, et singulos eius angulos lustravit, ac demique inter rudera repens tanto gaudio correpta fuit, ut ad vicinas egressa dixerit: *Congratulamini mihi, quia invenit drachmam quam perdideram.* Amiserat Gentiles per hos reges representati drachmam, seu margaritam omnium pretiosissimam, ipsum videlicet verum Deum: veniat nunc ut illum inveniat, totamque Hierusalem pererrans, cum non reperissent, pergunt ad stabulum Bethleem, in cuius laetaminibus et rudibus Christum invenerunt Orientis margaritam, tanquam affecti sunt gaudio, ut mulierem de drachmae inventionem laetantem longissime superaverint: illa enim gaudio non obstupuit, reges laetitia exultantes et admiratione impediti obtulerunt, ob idque quantus horum regum fuerit iubilus, et quam profusa laetitia, non verbis ab Evangelista, sed silentio fuit expressum.

Intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Ingressi porticum Bethleem, viderunt tenellam infantem in brachiis pulcherrimae Virginis iacentem: viderunt stellam Iacob, quae in crystallino Mariae sinu tanquam in caelo suo thronum locaverat: viderunt florem egressum de radice Iesse, pretiosam margaritam suo quasi insculptum conchylio, adamantem inestimabilem annulo affixum, fructum iam ab arbore avulsam, sed ab illa pendentem, triticum in Bethleem, id est in domo panis, tanquam horreo inclusum, fortissimum unicornem in gremio Virginis, panem propositionis super mensam, alterum Sannitem in sinu pulcherrimae Dalilae recumbentem, viderunt tandem sapientiam aeternam in domo propria, quae sanctissima Virgo est: *Sapientia aedificavit sibi domum.* Sed contempnemur, quid mysterii sit, quod pastores puerum invenerint in praesepio: *Invenerunt infantem positum in praesepio:* reges autem, quando ad

illum venerunt, in brachiis suae matris repererunt: *Invenerunt puerum cum Maria matre eius.* Iudico quidem voluisse Deum significare, quod se omni hominum generi et conditioni accommodat, sublimibus se, atque humilibus, magnis et parvis attemperans; ideoque pastoribus apparuit in praesepio tanquam in tugurio solio: regibus vero tanquam et ipse rex in throno positus Virgineo, maioris quidem pleno maestatis, quom olim thronus erat Salomonis: in throno, inquam, quo nunquam Christus post sinum Patris, in caelo, vel in terris habuit praefiosorem. Quam Dei consuetudinem imitata Virgo sacratissima non in pastorum, sed in regum adventu, qui erant hospites honoratiores, seipsam ornavit auro suo monili, Dei videlicet agno pendente a pectore Patris, ut sicut praecipua pulchritudo, et deus mulieris, quam vidit Iohannes in Apocalypsi, erat sol, ita quoque ornamentum suum esset Christus iustitiae Sol fulgentissimus.

Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius. Inter multa, quae contra Deum seculi patrabantur, nihil magis eius deterebat auctoritatem, et minuebat magnitudinem, quam quod ab omnibus, non ut verus Deus, haberetur et coleretur: nam etsi adorabatur ab Israel, augustus ille cultus erat, et exiguus terrarum angulus; gentesque illum Hebraeorum Deum confitentis, non melius aut alius quam de suis idolis sentiebant, immo detursum, quoniam iudicabant eum nimis acrem et rigidum, acceptumque iniuriarum ullorem; unde vocabatur (Ps. 93): *Deus ultionum.* Hoc damnum resarciri non ita bene poterat, Deo Filio intra Patris pectus abscondito, sicut carnem nostram indente, et se hominibus indicante, ut videntes homines tenero infanti cantari ab angelis hymnos, et subitici reges, inde colligerent esse Deum, videntesque panis involutum, placibilem, et amabilem, mutarent veterem de illo opinionem, et Deum esse cognoscerent non ultionem, sed misericordiarum, sicut scriptum est (2. Cor. 1): *Deus misericordiarum, et totius consolationis.* Ob idque se revelavit regibus et pastoribus, et ab eis voluit inveniri: *Invenerunt puerum cum Maria matre.*

Et intrantes domum invenerunt, etc. De tribus personarum generibus mentionem facit Evangelium hodiernum, quae Christum, etsi diverso fine ac intentione, quaesierunt. Primus omnium quaesivit Herodes, ut ei vitam eriperet: typos satis expressus eorum, qui malis consiliis, dolis, ac fraudibus Christum persequuntur recens natum in cordibus eorum, qui ad ipsum recenter conversi sunt, deducentes eos vel ad malae contractationis domum, vel ad ludum, et lascivam deambulationem, aliaque periculosa commercia, et profana contubernia, quibus a conceptu perseverantiae proposito revocati, infeliciter abortiunt. De id genus hominibus dixit Deus (Amos 2): *Super tribus secleribus, et super quartum non convertat, eo quod dissecuerit praegnantem.* S. Gregorius inquit voluntatem esse animae ventrem: ipsa enim est, quae bona concepit desideria: impediens ergo ne illa felici edantur partu, sed curans potius ut abortiantur, hic profecto dis-

secat animas, bonis desideriis praegnantem. Quod adeo graviter Deus fert, ut de hoc scelerere dicat: *Super quartum non convertat:* id est difficulter veniam indulget. Sunt improbi hi consiliarii similes Pharaoni: nam sicut ille Hebraeorum occidit primogenitos, sic isti perversae suae doctrinae consiliis animae primogenitos, id est prima et sancta eius desideria tollunt, et extinguunt: similes impio Herodi, nam sicut per illum diabolus voluit Christum adhuc infantulum de medio tollere; ita per istos animam interimere admittit eorum, qui adhuc in virtute sunt infantes, et lactantes, sicut dixit s. Leo Papa: *Et quondam tenerae aetatis infantiae scintillam tentat extinguere.* Similes draconum tartareo, expectanti mulieris partum, ut illum devoraret: cuius caput horrendum, et vastum, ac crudele os, si non sunt isti, sunt saltem collum illius, ut dixit Ioh. (c. 41): *In collo eius amorabitur fortitudo:* quoniam sicut collum est via, et quasi aquaeductus, per quem quidquid a capite procedit, in membra corporis infundit; ita isti sunt aquaeductus, per quos diabolus in animas hominum suas veneno infectas aquas immittit. Subdens autem, quod in collo demorabitur eius fortitudo, peculiare ad nostram intentionem habet mysterium: indicat enim saepe diabolum, quod per se conficere non potuit, per huiusmodi malos intercessores et fraudulentos consiliarios, et consiliorum eius gestores ad exitum perducere: nam in horum industria, solitudine, et interventu universa eius fortitudo postea est. Secundum genus hominum esset sacerdotum, scribarum, et doctorum legis, qui solum quaesiverunt Christum scrutando, et legendo sacras Scripturas, de illius adventu tractantes, et locum natalitatis eius indagantes. Sed substituerunt intra harum rerum meditationem, ad opus et proximum non pergentes, quoniam Christum non adoraverunt, nec ut naturalem regem, et legitimum eorum Dominum receperant. Ex quo patet magnum et virulentum ulcus, et gravissimus morbus plurium hominum eruditione praesalutum, qui cum aliis lumen praebant, ipsi perpetuis involvantur tenebris, unde illos Augustinus (ser. 11. Epiphaniae) comparat columbis in trivio positus, quae viam ostendentes iter agentibus, ipsae manent immobiles. Conferret etiam eosdem cum illis, qui arcam Noe fabricaverunt, nam facientes navigium, intra quod alii vitam retinerunt, ipsi foris manentes aquis obruti perierunt. Apostolus Paulus huiusmodi homines esse dicit *velut cybalum tintiens:* nam quemadmodum tintinabulum extra ecclesiam semper manens ad eam convocat absentes: ita qui scientiae rerum non adiungunt vitam sanctitatem, docent, et convertunt alios, et interim ipsi vitiorum laqueis irretiti persistunt: subtiliter de iustificatione disserunt, et nunquam ipsi iustificatur: disputant de contritione subtiliter, et nunquam cor ipsorum pro peccatis, ut par erat, indoluit impleturque in illis quod dixit Malachias (c. 6): *Calcabis olivam, et non ungeris oleo, et mustum, et non bibes vinum.* Ab his enim sacramenta cum tractentur, et aliis administrentur, nullum inde fructum experiuntur. Sed in hoc